



Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXIV. † Apvd Capvcinissas Colonienses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

RENOVATVM

anno 1582.

AN Capitolina ista Crux vetustior sit, quam commemorata An. 1304 reliquiarum impositio, sedula inuestigatione comperire non licuit. Constat tamen, quingentis & septuaginta ab hinc annis, in eadem Capitolina Basili- ca Crucem extitisse, coram qua, loci il- lius Professa, quædam beata pœnitens, à commisso facinoris probro miraculo- sè fuit liberata, vt testatur vita B. Anno- nis lib. I. c. 14.

Lapsa à probri ignomi- nia libe- ratur benefi- cio Cru- cis.

XXIV. ✠

APVD CAPVCINISSAS
Colonienses.

Capitolinæ gemina Crux est, quæ in Sacello S. Annæ Capucinissarum Colonensium asseruatur. Minor qui- dem forma est, & in qua vulnera non extenduntur: Caput tamen Crucifixi Domini sese sensim inclinat, nullo rupturæ, aut rimæ facto indicio, non se- cus atque si caput ita incuruatum, ma- nus

Crux caputis clinans

C 5

nus

nus sculptoris excidisset. Idq; magno
 fanè iuncti asceterij bono, sedecim
 namque abhinc annis occasione huius
 diuturni miraculi, R. P. Marcus Ipre-
 nis, Ord. S. Francisci Capucinorum, di-
 fertus Verbi diuini præco, perorare illic
 cæpit, de cœlestis gratiæ inclinatione,
 tantumq; Monialium commouit ani-
 mos, vt ad arctius vitæ genus perquam
 omnes aspirarent. Quapropter, mutua-
 tâ à S. Audomaropolitanis in Flandria
 Virginibus lege, auctoritate verò FER-
 DINANDI Archiepiscopi & Principis E-
 lectoris Coloniensis &c. atque Antho-
 nij Albergati Episcopi Vigiliarum,
 Nuncij Apostolici, reformationem ad-
 miserunt, & in tertiam suam, quam pro-
 fitebantur S. Francisci regulam, intro-
 duxerunt Clausuram, habitum, cære-
 monias & cōstitutiones Capucinarum,
 Idem seuerum Institutum Paulus V.
 Gregorius XV. & Urbanus VIII. Pon-
 tifices Maximi, variè demum approba-
 uerunt, amplexataq; sunt nobilissimæ
 regionis nostræ Virgines, quæ etiam au-
 spiciis altè memorati Archiepiscopi
 Ferdinandi colonias rigoris sui Pader-
 bornam

Capuci
 nissarū
 Colon.
 prima
 insti-
 tutio.

Capuci
 niss. Co-
 lon pro
 pagatio
 in parti-
 bus Rhe-
 nanis,
 in Flan-
 dricis n.
 regioni
 b^o supra
 16. ha-
 bent Mo-
 nasteria

hornam & Bonnam deduxerunt. Hæc, de qua loquimur, Cruci adscripta sunt:

Heus, deuote Viator, in hac pretiosis Reliquiis circumdata Christi Crucifixi Imagine, admirare prodigiosam Capitis inclinationem, quæ ab annis aliquot, paulatim magis magisq; profecit, atque eâ piè obseruatâ, Redemptorem precare Nostrum, vt Gratiæ suæ ad nos demittat charismata, qui propter nos in Cruce inclinato capite expirauit.

*Inscriptio.
Crucis
apud
Capucis
missas.*

XXV. ✠

AD ALBAS DOMINAS.

In Sacello B. Mariæ Magdalenæ, vulgo apud Albas Dominas, sub Cœnobij surgentis incunabula, Monialis fuit, quæ Sodales suas pio erga Dominicam Passionem affectu, longè antecellebat. Hæc cum dies noctesq; hæreret coram

*Cruce
ex ar-
do mu-
ro spon-
te ex-
crescent*